



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Puer qui neruis contractis à nullatenus tibias mouere poterat, perfectè
conualescit, peregrinationis voto ad Cheruiam eius nomine facto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

proueniente ex conſractione & comminone cuiusdam offis in brachio miſere deliſcentis. Quam ob cauſam diligenter quæſitumque in praxi medica & præcipue vlcera curatione expertorum fieri poſſet, exquiliu. Quod cum animaduſceret fruſtra factum, viſitè qui nullum inde mali experiretur ſolatiu, diuinius illi ſuggeſtum eſt Cheruiam ut ueniret. Vbi fuſa preſentatione peracta, ſacelli circuitu (dexteræ excelsi notate vintem) ſtatim brachio ſuo quoddam os excelsi auricularis digiti longitudine & craſſitudine quod etiam hodie viſitur & fideliter cultatur. Eius autem plaga in momento ſanata, & omniſque dolor euaniuit coram tota populi multitudine ibi tum præſente, quæ mirum exclamare potuit. Mirabilis Deus in ſanctiſſima Virgine, quam matrem elegit admirabilis creatione.

PER QUI NERVIS CONTRACTIS
 nullatenus tibiſas mouere poterat, perſeſſe
 cotruateſcit, peregrinationis voto
 ad Cheruiam eius nomine
 factu.

CAPVT XXXI.

A Noo 1579. Iunij 19. quidam adoleſcent
 nomi

nomine Matthæus propria amita comitatus
& duabus fororibus suis, nudis pedibus Len-
sio Hannoniæ venit Cheruiam acturus Deo
gratias & gloriosæ Matri eius pro ab eis ac-
cepto summo singularique beneficio, quod
est eiusmodi. Ab ipso namque quadragesi-
mæ peruigilio nullatenus tibias mouere po-
terat, neruis hinc iadè ita contractis, vt ge-
nua pectus suum coningerent, vnde & eius
rei adhuc clara visuntur vestigia. Chirurgis
aut de sua hac salute & incolumitate despe-
rantibus, imò se illum vlllo modo iuuare pos-
se dissidentibus, sorores eius ad sacratissi-
mam Virginem confugerunt deuouentes
Cheruiæ peregrinationem nudis pedibus.
Voto autem facto, puer sine mora leuauit ti-
bias, easque in longum protraxit, & exinde
perfectam sanitatem recuperauit, Vnde &
predicto modo peregrinationem impleuit,
adhucque superuixit totus corpulentus atque
robustus, annuatimque duabus in processio-
nibus defert crucem ante peregrinos: die ve-
ro immediate subsequenti Prætor Cheruien-
sis vnà cum notario suo Lensium contende-
runt, vt super his quæ contigerant debite
inquirerent, & omnia prout dicta
sunt, vera esse d. prehens-
derunt.

G •

PVER